

# **Universitätsbibliothek Wuppertal**

**Q. Aureli[i] Symmachi V.C.P.V. Et Cos. Ord. Epistolarvm  
Ad Diversos Libri X.**

**Symmachus, Quintus Aurelius**

**Neapoli Nemetvm, MD CXVII**

**Liber VIII**

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1363>

Q. AVRELI SYM-  
MACHI V.C. COS. OR-  
DIN. PRÆF. VRB. EPI-  
STOLARUM

L I B E R VIII. \*

E P I S T . I.

Editor post  
eius obitum  
a Q. Flavio  
Memmio  
Symmacho  
V.C. Filio.

\*\*\*

 O M P E R T U M H A B E O ,  
quolibet honorum culmine ani-  
mum tuum non solere mutari.  
Quicquid enim benè meritis ho-  
nentatis accedit, id solutum magis  
videtur esse, quàm præstitum. Et  
ideò mirari me ac stupere confi-  
teor, cur tantâ virtute atque hu-  
manitate præditus, jam pridem circa me munere litte-  
rarum abstineas. Quod ego et si causarum occupatio-  
ne magis quàm voluntate artifor accidisse; tamen o-  
rare non desino, ut censuram tamen nostri memorem  
frequens, sermo declareret. Vale.

E P I S T . II.

S Y M M A C H U S A L M A C H I O .

M IHI quidem à te a multiplex, atque varium a Ita Ed. Sch.  
nunus exhibitum est: sed adverti verecundiā fa- b Sic Ms.  
ctum, b quod tibi in solidum assumere noluisti omnē Gif. Ed. Sch.  
capturæ sylvestris eventum. Nam tuā indage captum

V lepo.

a Ita Ms. Gif.  
Vatic. Fuld.  
Alij:aprum.  
b Alij:lepo-  
rem.  
c Ita divina-  
bat Sch. opti-  
mè.  
d Sic restituit  
Ed. Sch. h. c.  
per Appiam  
viam redibo  
Romam, ob  
vicinam hye-  
mem. Vide  
Epist. seq.  
e Ita Ed. Iur.  
& Sch

*a* leporem gloriatus, *b* aprum serviles manus assens  
incidisse. An *c* saevitas feræ indigna tibi visa est, quam  
laudi propriæ vendicares? Sed hæc joco dicta ridebis.  
Nunc alia, quæ de me requiris adverte. Diebus pau-  
lis etiam nunc morari Capuz destinavi; debinc muta-  
tionibus vicinorum totum hunc mentem produceret;  
*d* atq; ita, si Dij juverint voluntatem, relegere Appiam  
potero molestæ accessu hyemis. Vale.

## EPIST. III.

## SYMMACHUS FRUCTIANO.

**S**O L L I C I T A T U S jamdudum litteris tuis e tam  
diu angar, quandiu de te secunda cognoscā. Quid  
igitur vel medicorum curatio, vel abstinentia tua ad  
salutem promoverit, opto cognoscere. Ipse bonæ va-  
letudinis compos revisere partiam forunnā suffragante  
constitui, priusquam labori itinerum, processu adul-  
te hyemis augescatur. Vale.

## EPIST. IV.

## SYMMACHUS LOLLIANO.

**P**RIMAS litteras sponte tribuisti; secundas mea  
cura debet elicere. Sume igitur salutationē, quam  
vicissitudine muntereris. pollicor itidem cum respon-  
sis tuis paria me facturum. Vale.

## EPIST. V.

## SYMMACHUS PRISCILIANO.

**E**SSINT mihi gratæ litteræ tuæ, vel si nihil de meis  
apud Africam meritis ac laudibus continerent.  
Nam ut mihi decus aliquod, ita tibi promutuā amici-  
tiā gaudium præstiterunt. Hinc factum est, ut episto-  
lam latus emitteres. Exultans quippe animus gloria-  
tur, & ostentatione sui non potest abstinere. f' v'ro ti-  
to igitur in nos amore Deorum benignitas te munere-  
tur. Etenim cum ipse me non solvendo dignum abi-  
trot, ad vicem meæ gratiæ favorem tibi præsidij co-  
lestis. exopto Vale.

EPIST.

f Ita supple-  
Lect.

Liber Oc  
EPIST.  
SYMMACHUS  
GRATI quidem semper  
animum momordere  
dilectuare mactari. Quid  
Deo valentini tue medicis  
primi Senatoris longa versa  
tus celestes a quod optimis  
que salutatum potellatum  
reddendum, si modò spicere  
punctum inferius adferat. Vale  
EPIST.  
SYMMACHUS  
A DISTANTE Edic  
tum casus ferillit  
imitante son poem qu  
quoniam opere bellum et  
pli occidentis elegantiam  
INT.  
SYMMACHUS  
FUE RIT veniente  
tis alloqui dent  
ad invitamentum  
fuisse linea mea  
EPIST.  
SYMMACHUS  
S Clitionis adi  
to que familiariter  
secutus. Violente offensio  
me animis confundens. f

LIBER OCTAVUS.

305

EPIST. VI.

SYMMACHUS SEVERO.

**G**RATÆ quidem semper litteræ tuæ nunc legentis  
animum momorderunt, cùm te indicarent morbi  
diuturnitate macerari. Quæso custodes bonorum <sup>a Ita Iuret.</sup>  
Deos valetudini tuæ medicas applicent manus: ne o- <sup>Ed. Sch.</sup>  
ptimi Senatoris longa vexatio fidem faciat, nihil cu-  
rare cœlestes. à quâ opinione dissentio, teque proutinus  
ope salutarium potestatum solidæ sanitati præsumo  
reddendum, si modò ipse plenus spei lœtis cogitatio-  
nibus elucteris adversa. Vale.

EPIST. VII.

SYMMACHUS CAPRIOLUS.

**A**DVENTANTE Euscio speravi litteras tuas; sed  
fiduciam casus fecellit. Ego tamen silentij tui  
imitator esse non potui. quare indebitis fungor allo-  
quij: ut qui præsul huius officij esse debueras, exem-  
pli necessitate ad diligentiam provoceris. Vale.

EPIST. VIII.

SYMMACHUS EUSEBIO.

**F**UERIT verecundiæ tuæ, quid ha& tenus nihil no-  
tis alloquij detulisti. nunc sume fiduciam, quam  
ad invitamentum familiaritatis ingerimus, & gratas  
fuisse litteras meas sermonis assiduitate testare. Vale.

EPIST. IX.

SYMMACHUS MARTIANO.

**S**CRIPTORIS auspicio fiduciam tuam provo-  
co. quare familiaritatis nostræ aditum ingredere  
securus. Vicissitudo officij tuifaciet, ut inchoata per  
me amicitia conyalescat. Vale.

## EPIST. X.

SYMMACHUS IRENE.

**E**Xspectasne te arbitror litteras meas, in  
mutua officia provocatus erumperes. Sume igitu-  
sermonem, cuius sequeris exemplum. Ero posthac in  
scribendo diligentior, si cœptis nostris vicissitudo re-  
pondeat. Vale.

## EPIST. XI.

SYMMACHUS \*

**A**FFECTIO in te animi mei non litteris aſtima-  
da est. Religio enim fide pectoris continet: in  
verborum officijs later plerumque simulatio. Quare  
tibi in scribendo ratiō videar, nihil amori exiftum  
deceptum. Et ſapè evenit, ut homines tui nec profe-  
ſionis tuae mihi in dicium faciant, & mutuas pagi-  
nas non reponant. Sed de hoc loqui largius non oportet:  
quia ſufficit amanti brevis & diſtricta purgatio.  
Ad ea tranſeo, quæ utriq[ue] votiva ſunt. Hilaratus ſum  
sanitatis tuae nuncio, & rependo, quo gaudeas. Nam  
mei quoque corporis vigor post infirmam valetudi-  
nem cœpit aſurgere. Vale.

## EPIST. XII.

SYMMACHUS PACATO.

**E**T in deferendis & in repēdendis tibi litteris deside  
me arbitror non videri. Quare eſi memini ad te  
diebus proximis officia noſtra manafe: curavi tamen  
etiam debito ſcōnre sermonis absolvī. Sed fi unquam  
brevi intervallo uſus iſte ceſſaverit, velim cogites ami-  
citarum non frigere rēſpectū. Religio enim  
magis fide animi metienda eſt, quam  
ostentatione verborum.  
Vale,

## EPIST.

## EPIST. XIII.

SYMMACHUS APOLLODORO.

**P**ERVENISSE arbitror famam, quæ te absolu-  
tum non modò honoris, verùm etiam curarum fa-  
scie vulgavit. Si ita est, ero tibi nunc confirmator boni  
olim desiderati. Me acum filio sanitas ope divinitatis  
in solido est. Tibi & ut & salus valida, & redditus felix <sup>a Sic Mere.</sup>  
secundet, tam nostra vota, quām tua merita præsta- <sup>δος χρωστ.</sup>  
bunt. Vale.

## EPIST. XIV.

SYMMACHUS CÆCILIANO ET  
PROBIANO.

**A**BUND o lœtitiâ, postquam valere vos didici, <sup>b b Ita Ed. Sc.</sup>  
nostræque amicitiæ inter negotiorum durame-  
minisse. Sed quando fiet, ut solatijs litterarum damna  
abstinentiæ faciantur? Ego autem vos Prætorijs meis  
fascibus primos interesse voluisse, festisque commu-  
nibus decus facere. Sed feram necesse est, anteferri mihi  
causam Senatûs. Quare in superioribus verbis desi-  
derij magis contestatio est, quām querela discidij. Præ-  
stabit cœlestium favor, ut mandatis patriæ absoluti,  
iter fœlix ad ludorum nostrorum solemne relegatis,  
Vale.

## EPIST. XV.

SYMMACHUS ALLEVIO.

**E**X debito venit sermo, qui redditur: ex bene fi-  
cio, qui sponte defertur. Secundæ mihi partes re-  
lictæ sunt, postquam stilus tuus mea scripta prævertit.  
Nunc vice salutationis repensâ operam tuam curam-  
que deposito in his, quæ Castor ex usu, atque  
utilitate nostrâ promovendâ sug-  
gesserit. Vale.



## EPIST. XVI.

SYMMACHUS \* CARTERIO.

<sup>e</sup> Confer epist.  
7. lib. 9.<sup>a</sup> Sic optimè  
emnes Ms.

**G**RATUM habeo, de testimonio meo non esse dubitatum: receptumque in familiam tuam Auxentium filium nostrum & lectissimum juvenem in me ære duco. Quo nomine amicitia nostra in arctiora fidicjura convenit. Et præstabit usus longior, ut cum in eo bona plura cognoveris, ad stipulationem meam de meritis ciuis, infra terminos veritatis stetisse fatearis. Vale.

## EPIST. XVII.

SYMMACHUS RUFINO.

**P**ROVINCIALI actione decursa, quæ ad sacrauditorij Cognitorem necessariâ provocatione pervenit, delectatus sum fide ac diligentia tua: & fortunâ negotij non defensoris inscientia, sed voto Iudicis imputavi. Hortor igitur amicitia meæ fiduciam geras, & testimonij interim ad stipulatione contentus, domum nostram, quæ multis circumlatratur iniurijs, forensi industria tucaris officio. Nos ut sponte gratiam nudo & simplici protestamur alloquio: ita ad referendam vicissitudinem, si fors juverit, pares esse nitemur. Vale.

## EPIST. XVIII.

SYMMACHUS PATRUINO.

<sup>b</sup> Alij mal-  
let.<sup>e</sup> Sic legis  
Lett. Ed. Sch.

**I**N agro me esse miraris. At ego justius studio ad cōmunem te patriam spreto ruris otio revertisse, nisi quod causam tibi redditus iterata lis attulit. Alioquin, ut est mens tua quietis cupida, <sup>b</sup> malles negotijs rusticis immorari. Mihi suburbanitas pedum ægritudine laboranti magis solatio, quam voluptati est. Nullam jucunditatem tristis morbi sensus admittit. Sed spero, si innocentiam divina respiciunt; & forensi obseruatione sanandum. Gratus & facilis erit, <sup>c</sup> aut mihi Romanam

Liber  
mam redditus, aut tibi ad  
excusus Vale.

EPIST.

SYMMACHUS

Ipsum item malo, quam  
contra epistolis abest  
in regnū dicit optimus se-  
curitas! Omnia tempore  
qui Patrici famem  
An solo juvatis sucep-  
tis! quicque positus gula  
Nam simul tibi & co-  
testiburbano tuo perla-  
cunt atati morbo manu-  
vici, si vera prædicta  
Minimi Romæ fabu-  
lacionem numeri  
nigri in cursu,  
genio fecellu, & in  
vitæ.

EPIST.

Patricis temporum  
Inquit diurna hec  
deinde quod res rariam  
atque quis patet au-  
tem frequens in eis  
vani volope jacere  
immobilitate perla-  
tum de crebre ferme  
tempus invisa, dum  
qua locutus est  
boni congerit. Quia  
hunc suppeditat.

mam reditus, aut tibi ad agrum, in quo nunc diversor,  
excursus. Vale.

## EPIST. XIX.

SYMMACHUS PATRUINO.

**I**PSUM te malo, quām delinimenta verborum. Tu contra epistolis absentiaz moras redimis. Quid si tibi respondisset opimitas segetis, aut vendemiaz arsiiset ubertas? Omnium temporum vices in otio ruris exigeres, qui Patriæ famem agris demorando non respicias. An solo juvaris aucupio, cuius me parte donasti? Sed hīc quoque positus gulæ illecebris largiter uteris. Nam simul tibi & coempta ex foro Cupedinario, & ex suburbano tuo perlata suppeterent. Quid, quod etiam jactari morbo matronam tuam simulat? cuius valetudini, si vera prædicas, solitudo non competit. Plura enim Romæ salubritatis instrumenta sunt, maior medentium numerus. Vide igitur ne aliud genus suspicionis incurras, si obsessam à morbo coniugem, vacuo secessu, & a intutâ ablegatione maceraveris. Vale.

*a Vulg. diuinat.*

## EPIST. XX,

\*\*\*

**P**RÆ cæteris temporum vicibus æstate delector: non quod diurnas horas longior Solis meta producit, nec quod res rationesque nostræ novâ fruge distescunt: sed quia pacatâ navigatione desideratas mihi litteras tuas frequens invehit commeatus. Quid enim vel animi voluptate jucundius, vel ad officium amicitiaz accommodatius præstari potest, quām ut te mei amantem usu crebri sermonis experiar? Ergo dum anni tempus invitat, dum per vium mare est; pabula quædam & nutrimenta mutuaæ affectionis veluti in hyemem congerantur. Quum hæc scriberem salus mihi ex sententiâ suppeteret, tuis videlicet adiuta votis.

V 4

Neque

a Ms. Pith.  
charitatis.

Neque enim alia nobis de causa arbitror optata sic.  
cedere, quam judicio, & amore a Carthaginis. Valt.

## EPIST. XXI.

## SYMMACHUS LUCILLO.

**I**N DULGERE te otio, opinionis falsus putabam: tu  
vero animum lectione, labore corpus exerves. Hoc  
indicant scripta, & munera tua stilo exsculpta, & parta  
venatu. Mihi Flaminia emetienda est, ad novos fasces  
genetos Consulis evocato. O si reditus tuus antecaper-  
ret profectionis meæ molitiones! juvari me amplissi-  
mo viatico crederem. Sed qui multo itinere discerni-  
mur, & neque mihi mora, b neque tibi properatio  
commoda est, verbis pagina fungetur. Praefata numinu  
venia, Prætorem Symmachum meum mox urbanum  
tribunal accipiet. Festa eius frequentari potissimum a  
amicorum, quibus annumeraris, exopto. Da istam gra-  
tiam procul affuturo iisdem diebus. Gratius est, quod  
deferrur absentibus. Vale.

## EPIST. XXII.

## SYMMACHUS \* ANDRONICO.

**I**N ore tuo vernal Cecropia Musa, mihi lingua Latia-  
ris est. Nec desideraveris æqua stilli mei munera. Lit-  
teris vincimur, amore certamus. Sed meritò rescribere-  
rem, si solam epistolam detulisses. Tu vero, ut es ami-  
corum diligens, Bibliotheca nostra carminum tuo-  
rum divitias intulisti. Quid tibi hoc dignum repen-  
dam, tenuis ipse facundia, & paupertini ingenii? Tra-  
dam publicæ admirationi, quæ legenda misisti. Et  
quoniam laudatori impar, bonum seculi publicabo.  
Nihil ex hoc derogabitur operis rui gloria. Nam &  
Homerum novimus à dissimilibus prædicari. Careret  
quippe fama magnorum virorum celebitate, si etiam  
minoribus testibus contenta non esset. Sed quid  
hæc

\* Huius Po-  
ta insignis  
mentionem  
facit Ammilia-  
nus lib. 19,  
Sic Ms. Gis-  
Vulg. Mar-  
tiano.

hæc longius traho, quum brevitatem verecundia tua  
postuleat? Cura ut valcas. Et si quid stilo adieceris, cum  
mediocri judice, sed non ingratu lectore, participa.  
Vale.

## EPIST. XXII.

SYMMACHUS MARCIANO.

**D**eos oro, ut quæ mihi interim valetudo est, ea-  
dem tibi ac tuis suppetat. Videor plenè hoc ante-  
loquio scribenda complexus, a de tuâ sanitate votum,  
de meâ b gaudium. Sed epistolas breves esse non pate-  
ris. Quæ cigitur *longioris* erit paginae longioris?  
Ubi sim, quid egerim (nam præcipue amicitia rerum ta-  
lium curiosa est) si placet prosequar. Principium vo-  
luptatum de Formiano sinu nascitur, quæ civitas quo-  
dam Læstrigonom populo fertur habitata. Hos ventri  
& gulæ usque ad feritatis invidiam legimus obsecu-  
tos. Plusculos in eo littore dies, sed deliciarum parcus  
exegi, tantam cæli salubritate, & aquarum frigore  
suadentibus moram. Affuerunt pignora mea; quorum  
cûpiens nostrâ urbe processeram. Nec fuit operæ, mox  
ulterius iter aggredi, cùm præstò essent desiderati. Il-  
lorum dehinc arbitratu legioram, quæ Formias & Cu-  
manum littus interiacet. Nunc mutuis invitationibus  
aut in Baulos, aut in Nichomachi Gaurana migra-  
mus. Amicorum subinde mihi affluentium largiter est.  
Non vereor, ne me lascivire in tantâ locorum amoeni-  
tate, & rerum copiâ putes. Ubique vitam agimus Con-  
sularem, & in Lucrino serij sumus. e Nullus in navi-  
bus canor, nulla in convivijs d helluatio, nec fre-  
quentatio balnearum, nec ulli juvenum  
procaces natatus. Scias nullum  
esse in luxuriâ crimen  
locorum. Vale.

a Sic habet

Ms. Gtf

b Mercurus-  
studium.h. e. Satifa-  
cio circa mea-

lumitatem

tuam voto

meo, studio &  
folluitudini

tua circa


meam.

c Ita Ed.

Sch.

d Sic Ms.

Gif.



## EPIST. XXIV.

SYMMACHUS MAXIM'SANO.

**N**I HIL inter te, & parentem tuum optimum re  
aut affectione divisum est. Ergo & litteras, quas  
ad eius reverentiam misi, ut omnium particeps in ac-  
ceptum referre potuisti. Sed jam colendus es nobis  
etiam tuo nomine. Præterea cavi, ne respondente uno  
imputaretur mihi vicissim munus duorum. Convenit  
tamen brevitas huic paginæ, quia relatu digna præcer-  
psi. Quare sermonem istum tanquam amoris in te no-  
stri tenebis testimoniū. Verùm te in rescribendo decet esse  
prolixum. Neq; enim pár conditio est iterati <sup>a</sup> à me,  
utrique autem <sup>b</sup> nostrum singularis laboris. Duos  
meatus replere uno fonte difficile est: uni alveo abun-  
dè influunt duplicita principia. Vale.

## EPIST. XXV.

SYMMACHUS ALBINO.

**C**REDO arbitris circumfessum me Campania  
amoenitatis, scribendi ad te hactenus negligenter  
fuisse. Non est ea fortuna horum locorum, ut se-  
riam curam sepeliant voluptates. Insolitis omnia ne-  
cessitatibus strepunt, & oneri celsè deliciæ. Quare  
negocium pro otio reperi. Nec possum facile ad hæc  
amicitiae munia animum retorquere. Spondeo tamen  
reverentia tua, quæ litteris meis præferas. Relegread  
vos iter avidissime studeo. Eadem quippe mea causa,  
quæ retinet scribere, cogit redire. Vale.

## EPIST. XXVI.

SYMMACHUS GREGORIO.

**D**E I ad parentem tuum litteras, quibꝫ contentus  
esse potuisti. Nam ut est utrique vestiū unus a-  
nimus; ita satisfaciet idem cultus ambobus. Sed metu  
imitationem, ne mihi alter è vobis duorum vice &  
ore rescriberet. Quare, ut in <sup>c</sup> honore Numinum fieri  
soler

<sup>c</sup> Sic recte le-  
git E. Briffon:  
& Ms. bor.

Liber Oct  
follet, litigatio ab aliis  
prolatus esse refellere, bel-  
querit. Ipse copiam mis-  
pugnare non oportet exinde  
genitus Vale.

EPIST.

SYMMACHUS

PROMPTA & RAVISSIMA  
hie effrenatur, inveterat  
cum pecunietem, bellum  
deum tuorum, volup-  
tatem aduersa, que cum  
huius ingenij, habent  
dua vero piranias  
speciem calus vidi dum  
per quia neque habe-  
bunt. Contra hæc  
cumandus est, qui  
sepieturbantia sol-  
itus etenim est. Vix  
omniam terum fogi a  
tim, quum tibi pro en-  
ad illa telponico, capi-  
tum Neapolim penit  
decollat honoris urbi in  
putabo. Dehinc, si bene  
no inire reverentia  
Ister hæc si mihi eveniat  
fructus pleborum gratia, facio  
genuis nobis cui copia  
cum superante velutina  
tibi congregetur.

punctum


solet, litationi addo donarium, breve, fateor, & quod prolixius esse voluisse. Sed in adiectis mensura non queritur. Ipse copiam redde brevitati, quia familiares paginas eos oportet extendere, quibus non est necesse geminare. Vale.

## EPIST. XXVII.

SYMMACHUS CENSORINO

**P**ROMP TA & avidâ manu litteras tuas, cùm mihi offerrentur, invasi; ut prospera, cognitus. Sed cùm percurserem lectione enumerationem dispensiorum tuorum; voluptati successit offensio. Et illa quidem adversa, quæ cum plurimis pertulisti, more humani ingenij, habent aliquod de societate solatium. hunc verò piraticæ deprædationis iustum, quem speciatim casus tibi durus adjectit, impressum altius puto: quia neque habet participantem, & geminavit dolorem. Contra hæc fortuita, virtute ac ratione animus armandus est, spes quoque assumenta meliorum. Sæpè titubantia in solidum reverterunt. Nihil hominibus æternum est. Volvunt mortalia vices crebræ, & omniam rerum fuga a vivitur. Paucis ista perstrinxerim, quum tibi pro eruditione plura succurrant. Nunc ad illa respondeo, quæ de me scire voluisti: Quām primum Neapolim petitu civium b tuorum visere studio; illic honori urbis religiosæ intervallum bidui deputabo. Dehinc, si bene destinata Dij juverint, Capuano itinere venerabile nobis Romam, laremq; petemus. Inter hæc, si mihi evenerit aspectu & colloquio tuo defrui explebor gaudij satisitate. Sin maior necessitas negaverit nobis tui copiam velim curarum nube deterſa

eam sapienter resumas animi alacritatem, quam  
tibi congressus noster sedulò conciliare  
potuisset. Vale.



EPIST.

a Ita Ms.  
Gif. Ed. Sch.  
Vulgo, fit.  
b Sic Lett.

## SYMMACHUS ROMANO.

**M**EMINISSE tescio, quod me quoque idem de amico dolor perculit; sed jam nobis sermonum vices debent esse solatio. Scribo igitur, ut respondere cogaris, & a funestis cogitationibus redeas in officia viventium. Fecetir religiosa causa, ne prior scriberes; non eris tam irreverens, ut provocatus abstinentias. Vale.

## EPIST. XXIX.


## SYMMACHUS SALVIO.

**V**IDI in litteris nuper mihi redditis religiosum pro nobis animi tui gaudium, & apertissime deprehendi; quid voluptatis ex amicorum prosperis usurpes. Premptius igitur a te diligo, postquam hoc votum bona mentis inspexi. Et quamvis ipse domino pectori simei excellentissimo viro scriptorum gratiam pro Flaviani fratri tui honore retulerim: nihilominus tamen queso, ut etiam magnitudinem gratulationis meæ apud auctorem tanti beneficij digneris astrarere. Vale.

## EPIST. XXX.

## SYMMACHUS JOVIO.

**I**NTERFUIT publicæ utilitatis, ut tibi maiora negotia cederentur. Quare prolixa non debet esse gaudij mei attestatio, ne adulacionis suspicio deveniter judicij veritatem. Opto igitur, tibi suscepti officij cursus arrideat. Quamvis dubitate non possim, nec murari probitatem, & bonas artes stimulo præmiorum fœlicius incitari. Vale.



## EPIST.

a Ita Lett.  
Ed. Sch.

## EPIST. XXXI.

SYMMACHUS EUDOXIO.

**E**XULTAVI gaudio ob amicitiae honorem, quum litteras tuas fumerem. Sed ubi Annus noster, quam sis dubius valerudinis, indicavit, in gravem curam lætitia derivata est. Video enim peregrinationi, quæ morbi instar est, damnum sanitatis adiectum. Solatur tamen sollicitudinem meam, quod parsimonia tibi familiaris est, quod cognata sapientia, & adversis fortunæ animus ingentior: quæ bona reducere solent valentiam corporis, & vigoris serenum. Spero igitur de te cognitu lætiora, & aures jam fœlicibus nuncijs paro. Faciet justitia, quæ pios respicit, ut post huius incommodi citum transitum, vitæ tuæ prospera longius porriganter. Vale.

## EPIST. XXXII.

SYMMACHUS VRBICO.

**A**VSPICIUM mihi scribendi prior, ut mos est, facere debuisti, cum te huius diligentie domestici tabellarij redditus commonereret. Sed quia nobis vel oblivio, vel occupatio religionis tuæ desideratum munus invidit, ego usurpo principium: æstimaturus in reliquum de raritate vel copiâ tuorum apicum, utrum voluntate litteris ordiendis, an magis necessitate defuetis. Vale.

## EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS IUSTINIANO.

**S**CIO me in scribendo tardum fuisse. Consultum distuli, dum refoveo tenuatum itinere vigorem, quo tibi de me læta cupienti voto similis pagina traderetur. Fiat igitur ex optimo nuncio moræ compensatio. Certè ego eam dico legem litteris amicorum, ut assiduitate illorum animos probent, meum bonitatem delectent.

Vale.

EPIST.

## SYMMACHUS EUSEBIO.

**S**CRIBERE ad te antea voluissim; sed commen-  
tibus multis fidam occasionem debet excerpere  
scribentis electio. Accepisti causam tardioris officij:  
qua si animo tuo satisfecit, curare dignaberis, ut ad  
me quoq; responda tua idoneis commissa perveniant.  
Vale.

## EPIST. XXXV.

## SYMMACHUS IOHANNI.

**Q**UOD scò ad te scribo, amicitiae tenacis indicium  
est, cuius memoria repetitis ex intervallo proba-  
tur officij. Ipse quoq; silentium tuum non aliter in-  
a Ita coniecit  
ex Ms. Gif.  
Sch. Unigo,  
cum.  
terpretor. Nam a eti sili honorificentiam quoq; cer-  
tus fidei tuæ, etiam de ticto amore non dubito. Sed  
vereor, ne ista sententia tibi suadeat negligentiæ scri-  
ptionis, & hæc amicitiae munia judicij mei securus o-  
mittas. Hortor igitur quæsoque, ut illam potius cogi-  
tes partem, quæ assiduitati gratiam parit; non quæ  
promittit veniam caritati. Vale.

## EPIST. XXXVI.

## SYMMACHUS QUINTILIANO.

**A**D indicium mei circa te amoris hæc scribimus,  
& ut ipse ad respondentum provoceris exemplo.  
Cum igitur ego partes religionis impleverim, expe-  
cto, ut ipse etiā vicissitudinis solutione fungaris. Vale.

## EPIST. XXXVII.

## SYMMACHUS CRISOCOMÆ.

b Sie plenius  
ex Ms. Gif.  
restituit Sch.  
ep. 20. & 24.  
lib. 9. dixit  
**P**ROXIME penatibus meis redditus, etiam nunc  
optime, sic inf. te mente & cogitatione respicio. b Itaque animi  
illâ iucunditate, quam coram de sermone tuo hucusq;  
capiebam voluptatem, compenso. Cui si mutua cura  
luptatem. Animi vo-  
scriptio

LXXXI  
Scriptio a grata ministratio  
stabat: Vale.

EPIST.

SYMMACHUS

**S**ALUS pignoris co  
sollicitudinib; mez  
valerodinis effo fecur  
curam de temcam fin

EPIST.

SYMMACHUS

**Q**VIRI de silencio  
miliu hec uelut et  
ris auspicio, sume em  
beas amulai. Ero de  
promptius, sume frat  
Vale.

EPIST.

SYMMACHUS

**S**ECSSIONE  
Nam cum inter  
geniti intercelli non pol  
los es latissimelle per  
fuerat deferendum, mi  
vi, non famam capere  
cogitus. Quid enim  
bute colligere quod mi  
libet? Vale.

EPIST.

SYMMACHUS

**N**unc primum ha  
summarum ad de  
scim patientiam Ge  
qui velim resto anali

scriptio & gratiam tribuat, quanto amplius relata præ-  
stabit? Vale.

<sup>a Ita ex eo-</sup>  
<sup>dem Ms. Gif.</sup>  
<sup>leg. bono sen-</sup>  
<sup>ju.</sup>

## EPIST. XXXVIII.

## SYMMACHUS ROMULO.

SALUS pignoris communis in tuto est, cuius studia  
sollicitudini meæ delegata proficient. Meæ quoq;  
valetudinis esto securus, & ad vicem talium nunciorū  
curam de te meam similibus responsis absolve. Vale.

## EPIST. XXXIX.

## SYMMACHUS \*

VERI de silentio non potes, qui nihil scriptorū  
mihi hucusque tribuisti. Sed si simile stili opperi-  
ris auspicium, sume exemplū religiosi officij, quod de-  
beas æmulari. Ero deinceps ad exercendum stilum  
promptior, si me fructu mutui sermonis animaveris.  
Vale.

## EPIST. XL.

## SYMMACHUS AVENTIO.

SECESSIONEM tuam etiam tacitus adprobavi.

Nam cùm interveniente discordiâ supremis b cō  
generi interesse non posses, cā mœstâ profectione vi-  
fus es satisfecisse pietati. Ipse quantum civi optimati  
fuerat deferendum, triduo domi commoratus imple-  
vi, non famam captans, sed humanæ fortunæ vices  
cogitans. Quid enim tam rationabile est, quām tri-  
buere collegæ, quod tibi quandoque bonos cupias ex-  
hibere? Vale.

## EPIST. XLI.

## SYMMACHUS ANTHIOCO.

NUNC primū honoris limen ingressus, nimis  
immature adventum successoris ex optas. Agno-  
scō impatientiam Græcis delicijs congruentem, c  
quā velim toto anni orbe dissimiles, ac te migrasse in  
tribus

<sup>c Sic ex Ms.</sup>  
<sup>Bef. Sch.</sup>

tribus Romuleas recorderis. Quid enim dignum con-  
questione percessus es? Nondum te militares contu-  
meliz perculerunt: nondum catervas mulierum scil-  
lā veste fugisti: nondum ante januas eminentium po-  
testatum vigilem noctem salutator expertus es; & jam  
delicato fastidio tenuis magistratum? Commuta, si  
vales, animum, teque in annum, vel biennium obdura.

## EPIST. XLII.

SYMMACHUS \*

*\* In Vulg.  
hac epistola co-  
heret cum pre-  
cedenti.  
alta aliquis  
sensus constet:  
antea hiatus  
erat.*

*b Sic Ms. Gif.*

**P**ROBABLEM causam \*\*\*\* Quis enim Sici-  
liam recto itinere petens, sermonem meum potest  
reddere in longinquis studiis constituto? Sed a de-  
fino. Tu tene curam circa te meam de numero episto-  
larum non debere perpendi. Diligentia enim erga ami-  
cos jugiter manet: occasionum vero raritas scrip-  
pta distinguit. Sed de hoc satis dictum puto. Nunce  
legantia ingenij tui, & inventionum subtilitas & pre-  
canda est. Novum quippe musivi genus, & intenta-  
tum superioribus reperisti, quod etiam nostra ruditas  
ornandis canoris tentabit affigere, si vel in tabulis,  
vel in regulis exemplum de te praemeditati operis  
sumpserimus. Vale.

## EPIST. XLIII.

SYMMACHUS CALLISTIANO.

**I**NTER cætera parentum decadentium bona, ami-  
citiae quoque affectanda successio est. Et fortasse  
studio validiore captanda familiaritatis hæreditas:  
quia facultates fortuna præstat, charitas judicio fo-  
deratur. Volo igitur inter nos promptius convalescat  
familia tua propagata conjunctio. Consentaneum  
quippe nature est, ut officia à te inchoata, à me proba-  
ta coalescant. Ergo in reliquum sermonis esto mu-  
nificus: mea cura non deerit, quæ te stili  
vicissitudine munaret. Vale.

## EPIST.

## SYMMACHUS PASTINATO.

**L**ITTERAS tuas agrorum fructibus jure contumerim. Nam ut illorum proventus non fallit temporis sui debitum, ita fidem nostræ expectationis annus dignationis tuæ sermo non decipit. huius nunc mihi per homines nostros & advectio satisfecit. Lectis a *Alij: ap-*igitur paginis, valere te gaudeo, & alloquij tui honore portatio delector. Nec me arbitror respondendo imparem iudicari. Præstabit divinus favor, ut has inter nos officiorum vices ætas prolixa multiplicet. Vale.

## EPIST. XLV.

## SYMMACHUS PIERIO.

**R**EDDITUM <sup>b</sup> mihi est annum quodammodo <sup>b</sup> *Sic Le&g.* sermonistui debitum. Tibi quoque gaudium so- *restituit.* lemne de nobis, hæc responsa præstabunt. *Quæ pro-* <sup>Ed. Sch.</sup> pter tantam longinquitatem frequentare non possumus, sed bonâ fide certis temporibus exhibemus. Maneat igitur hic usus, & quodam salutis indicio mutua inter nos securitas recondatur. Vale.

## EPIST. XLVI.

## SYMMACHUS STRATEGIO.

**A**GIS mecum desiderio amantis, ut redeam: jam dudum hoc animus meus vestri expedito efflagitat. Sed valetudo saucia obstrepit voluntati. Humor enim noxius articulis illapsus etiam nunc me tenet le-*ctulo,* & vix littorali siccitate tenuatur. Tribue igitur tempus refectioni, quod ego vendicaveram voluptati. Præte autem fers, in tantâ bonorum multitudine post discessum meum nihil, ut antè, jucundum esse. Sed puto, quid piâ affectione fallaris: quia rarum est in amante judicium. Et ego quidem non ex his primùm litteris, quid de me sentias, scio. Prope est tamen, ut agere gratias absentiaæ tuæ debeam, quia mihi syn-

grapham quandam testimonij tui præstítit. Verum  
a Edit Sch.  
ex Ms. Gif.  
b h e amico,  
amanti.  
 hæc missa faciam. Non morabor expectationem tuam  
 post conciliacionem vigoris. Sed quia a hoc longum  
 est b diligenti, visis quæ in proximo possidemus, res-  
 tum maturabo. Spero enim tantundem accessum la-  
 nitati meæ ex conspectu vestro, quantum sperar pos-  
 set ex ocio. Vale.

## EPIST. XLVII.

## SYMMACHUS VALERIO.

**V**ELLEM sedatam filij mei ægritudinem nuncia-  
 re, sed nihil profuit figmenta sollicitis. Audeo ta-  
 men sperare meliora. Imminutio enim febrium, Deo  
 autore, ad fiduciam sanitatis capitur accedere. Tu æ pro  
 nobis sollicitudini gratias ago, & celestem compre-  
c Sic vulgata  
letio retinen-  
da.  
 cor potestatem, c ut tuo circa amicos animo pro-  
 sperorum omnium vicissim respondeat. Vale.

## EPIST. XLVIII.

## SYMMACHUS MAXIMILIANO.

**S**OLES in scribendo esse prolixus pro ingenij tu-  
 viribus. Postquam te honor aulicus in procinctum  
 vocavit, tu quoque verba succingis, & tanquam levis  
 armaturæ miles Rorarios æmularis. Quid faciam se-  
 nix garrulus, cui mensura sermonis à juvene præse-  
 bitur? Trahit nos vitium senile verbositas: sed occur-  
 rit exemplum, & fastidia aurium tuarum de stili bre-  
 tate coniectio. Non enim violanda est interim mihi  
 pagina tuae formula. Expectabo tamen, an copiam de  
 me caigas, d si plura rescriperim. Vale.

## EPIST. XLIX.

## SYMMACHUS VITALI.

**D**iu e sanitati pariter ac veterustati litterarum tua-  
 rum, mediocris eloquij conscius respondere du-  
 bitavi: sed religio rupit timorem. Malum n. filio, quam  
 superbiæ disPLICERE. Quicquid igitur hoc est, quod te

d Sic Ms. Gif.  
vulg. rescri-  
peris.

LIBER  
 net pagina, quæcumque  
 diocitatatem scipio  
 cium meum, dum de

SYMM  
 JAM DODUM dat  
 menu; & tamen p-  
 riefectum scriptio  
 negaram primo off-  
 ficeratio. Vale.

SYMMAC

ASSIDUITA  
 A fastidio prope-  
 præter solitum pat-  
 tiam diligenter, ac  
 ducit. Est poetas  
 augustinianus, vel

QUATISSE  
 Q Nam id est  
 iniuncti, ut public  
 ter amittunt seipsum  
 ut sui connotum a  
 coquendum amic  
 cum à famili  
 illi venient

des

net pagina, quæ so boni consulas, teq; submittas ad me-  
diocritatem scriptorum meorum, ne retundatur offi-  
cium meum, dum desperatur imitatio. Vale.

## EPIST. L.

SYMMACHUS JOVIO.

JAM DUDUM datis ad te literis mutua scripta non  
merui; & tamen propositum meum servans, hono-  
rificentiam scriptionis instauro. Credo enim, quod  
negatam primo officio vicem, vel nunc impetrare pos-  
sit iteratio. Vale.

## EPIST. LI.

SYMMACHUS MAXIMILIANO.


ASSIDUITATEM scriptorum meorum tibi esse  
fastidio propè asserit tuorum ratitas. Es enim  
præter solitum parcus adloquij. Sed tueor constan-  
tiam diligentiae, nec à proposito argumentatione de-  
ducor. Erit potestas tua, hunc animi mei habitum, vel  
augere silentio, vel litteris amoliri, Vale.

## EPIST. LII.

\*\*\*

QUATENUS me absentia contristet, intelligis.  
Nam idèò necessitatem tibi à filio meo scribis  
iniunctā, ut publici negocij excusatione purgeris. Al-  
terum igitur religioni tuæ ex utroque faciendum est,  
ut aut cervorum <sup>a</sup> an aprorum copiam mittas, aut in  
conspicuum amici celerius revertaris. Nulla  
enim <sup>b</sup> satisfactioni justitia suppetit; si &  
illi venatum, & mihi solatum  
denegaris. Vale.

<sup>a</sup> Sic laret.  
<sup>b</sup> h.e excusa-  
tioni: ut lib.  
4. Ep. 65. Sic  
enim ex Me.  
Gif. leg. At.  
satisfactio  
justitiae  
supp.



## SYMMACHUS LEPORIO.

**D**EBITUM libri redendo sermonem, dudum eni-  
parem mihi scriptorum tuorum honorificen-  
tiam communis amicis exhibit: cuius verecunda  
& honestate diligenter inspecta, dignum esse, quem di-  
ligas, approbavi. Vale.

## SYMMACHUS MARCIANO.

**S**eras tibi videri arbitror litteras meas. Sed si ti-  
neris dies numeres, ratio moram diluet. Intervenit  
præterea ex humore solito dolor corporis, officiorum  
familiarium sequestrator. Nunc quia labori & valetu-  
dini quies redditus est, salutationis verba non differo,  
premium latus obsequij de remuneratione responsi.  
Vale.

## SYMMACHUS MAXIMILIANO.

**S**i bene in te animum meum nosti, dubitare non  
potes adversam valitudinem corporis mei missi-  
tandis hucusque litteris obstatuisse. Hac parte purgatus  
salutatricem tibi paginam reddo, quæ testabitur esse  
me sospitem

\* Hic Iuretus  
incipere patet  
novam epist.

\*\*\*

**P**O ST QUA M sanitas silentij excusationem  
removit, venturum te ad Campaniam filij meis  
settione cognoyeram. Hinc factum est, ut epistolis ab-  
stinerem. Sed dum te aut curæ urbanæ, aut voluptates  
morantur, præcè culpam taciturnitatis expectatio no-  
stra contraxit. Fungorigit e-ga te salute dicendā, &  
el gendum reliquo, utrum mihi adventum  
præstare malis. & ad responsum perso-  
næ. Vaie.

2 Sic Ed. Sch.  
ex Ms. Gif.

## EPIST. LV.

SYMMACHUS ROMANO.

S E R V O observantiam, quam mos priscus instituit,  
ut domo profecti litteras auspicentur, & salvere me  
nuncio. Ex debito venit, & ut tu emissus à me muneri  
solvas amica responsa. Vale,

a Ita Lett.  
Ed. Sch.

Al. uti e-  
missus mu-  
neri. aut eiā  
præm.

## EPIST. LVII.

SYMMACHVS VALERIO.

F ILIUM meum Romulum accerso, tu retines. Ego  
in eum mihi personam parentis arrogo; tu jus atfi-  
nis exerceas. Mihi ex voluntariâ sponsonc præsentiam  
suam debet; à vobis spe sciandi itineris retentatur.  
Sed quum etiam tuus prænunciatur adventus: que-  
stuosa taxatio est moræ, quæ mihi pro uno utrumque  
promittit. Cedo igitur voluntati tux, & paucorum  
dierum patientiam non nego. Fratri quoque tuo Ro-  
mulo nimis gratulor, cuius solatium pio & amico cer-  
tamine nobis ambo vindicamus. Vale.

## EPIST. LVIII.

SYMMACHUS MARCIANO.

F ILIUS meus, cùm bonâ Deiveniâ, periculo caret,  
sed defectum virium patitur propè usque ad b æ-  
gis studinem. Redire consilium est, paulatum mansio-  
nibus in spacia minora divisis. Ego quoque meorum  
contagia socius accessi. Credo ex vigilijs nocturnis, o  
quarum in præsentia exiguis fuit sensus, noxa post  
cruduit. Comprimere tamen nitor diligentia, & paifi-  
monia ingruens malum. Ergo cœlestibus advocatis  
iter paramus ordisci. Vestræ in nos beneficentiaz  
gratias referrem, si se amor & speratus &  
ex mutuo debitus lactari lau-  
de pateretur. Vale.

b Hec vulga-  
ta lectio bona  
est, & plena.

c Sie Ed. Sch.  
ad ductum  
Ms. Gif.

## SYMMACHUS ROMANO.

**A**Dscribendum creber esse voluissim , & hoc spe-  
randum esse promiseram : sed valetudo filij mei  
diu in dubio versata, cessationem ab huiusmodi offi-  
cijs imperavit. Qui ubi primū suffragio salutarium  
potestatum coepit emergere, securus est illicē scriben-  
di usus securitatem. Accipe igitur libens dictam salu-  
tem, quam, si fors optata juverit, mox sequemur.  
Vale.

## EPIST. LX.

## SYMMACHUS SERVIO.

**O**PFERIRIS, ut intelligo, litteras meas: quasi  
a Sic Vulg. benē habet.  
ipse familiaris officij præfus esse non debeas. For-  
tasse allegatione & moris uteris: quoniam plerisque  
persuasum est, auspiciū salutationis profectis esse  
oapiendum. Absolvo te consuetudinis observantiā, au-  
lege pigritiæ. Satis erit mihi ad plenam satisfactio-  
nem, si aversatus scribendi occupare principium, sal-  
tim sequaris exemplum. Vale.

## EPIST. LXI.

## SYMMACHUS AMICIS ROMAM.

**I**TAR Capuam promovemus; forsitan suspicemini  
interventuram soliti in vos officij oblivionem per  
longitudinem viæ. Vulgati quippe proverbij est. Ena-  
vigato Malæ oblimiari eorum memoriam, quos do-  
mi reliquerit. Me quoqud versum pedem tulero, ami-  
corum cura comitatur. Sperate igitur honorem huius  
muneris circa vos esse mansurum, si optatis fortuna  
consenserit. Vale.

## EPIST. LXII.

## SYMMACHUS ROMULO.

**N**ON sum opinionis ambiguus, expectari litteras  
meas

meas. nam parem desiderij impatientiam de tuis pa-  
tior. Una igitur est nostri causa sermonis, ut tuum me-  
reare: cuius, ut in potu fontium, ideo maiore est sitis,  
quia sapor dulcior. Vale.

## EPIST. LXIII.

## SYMMACHUS LAMPADIO.

**A**D MONUERAS, cùm proximè urbe digrederer,  
si vellem tibi aditum scriptoris aperire, ut prior  
litteras inchoarem. Satisfacio voluntati tuae, quæ ob-  
servantiam prisci moris amplectitur. Absolutus igi-  
tur hac religione, erumpe in familiaris stili munera,  
mecumque ecommunicata, quicquid in administrandâ  
urbis tutelâ ex bono publico feceris. Nec quidquam  
verò scribentis detrahatur pudor, ne voluptati meæ da-  
mno sit e pistola verecundia. Vale.

## EPIST. LXIV.

## SYMMACHUS DIONYSIO.

**O**FENDERAT bonos, quod immaturè antè  
discresseras. Deluit fortuna peccatum suum, quæ  
nobis te pari festinatione restituit. Sed quid absentem  
juvat amici reditus? Solare hunc casum litteris fre-  
quentibus: scribere etiam, quid tibi apud urbem manda-  
ta cura permiserit: ut quum mihi spem visendæ eximie-  
tatis tuae promiserit dies largior; ego quoq; vix post ur-  
banas molestias usurpato ocio longius defruar. Vale.

## EPIST. LXV.

## SYMMACHUS LAMPADIO.

**I**N DÍCIO quietis urbanæ tempus quadammodo  
usurpandi otij prorogasti. abesse enim longum, pla-  
ciditas civium me sinit tuis parta consilijs, quibus ple-  
bes redacta est in penitendi verecundiam. Nunc ergo  
post curarum omnium fugam producere mihi ferias,  
ut ita dicam, pingues licebit. Quamvis præcipere a Sic opti mē  
et animo incerta non dōbeam, qui sum mihi conscientius Mr. Gif.

a Sic optimè  
Mss. Gif.  
b Ita Modius

Teneræ in vobis affectionis, & illius desiderij, a quo præcunctis vitæ voluptibus patriam meam diligo. Vale,

EPIST. LXVI.

## SYMMACHUS HERCULIO.

**A**GEREM tibi largiter gratias, quoniam me haud dum à vobis profectum dicendâ salute præveris, nisi hanc sibi gratulationem mēa spes auctioris beneficij vendicaret. Ipse enim diceris affururus, cuius rei nomine vadari me tibi in maioris gratiæ modum fateor. Velim tamen scriptis tuis sperato bono fidem astrui, ut qui tali opinione delector, multò amplius gaudem confirmationis securitate. Vale

EPIST. LXVII.

## SYMMACHUS DYNAMIO.

**L**ITTERAS meas amore desideras; sed in frequenter me videri communis filius facit, qui rescripta non repetit. hoc tamen strictim dixisse sufficiat, ne filius verecundiz oneri sit nostra purgatio. Nunc tibi honorem salutationis impendo, nec reprosco quod sponte facturus es, ut nos mutuis alloquaris, quam mihi hanc vicem, & religio animi tui, & consuetudo promittat. Vale.

EPIST. LXVIII.

## SYMMACHO TICIANO.

**D**E SIDERATAS quidem litteras tuas libens sumpsi; sed cognitio tuorum actuum, quorum testis atque narrator Eusebius fuit, uberiorem mihi attulit voluptatem. Itaque hortor ac moneo, ut benè cepta non deseras, & præmium laudis honestate secteris. Subiungerem curam meorum, si esset alius alloquendus. sed quum faciat ultrò, quæ meus sermō posset expetere, partes commendationis omitto: quia quicquid habet ex fiduciâ amicitiae præsumitur, plus gratiæ, si sponte præstetur. Vale

EPIST.

## EPIST. LXIX.

SYMMACHUS VALERIANO.

**R**USTICARIS te asseris, & ducendis yerbis aut  
arboribus inserendis crudam senectutem fovere.  
Non hoc litteræ tuæ sapiunt, nisi forte Gallia tua a Ita ed. Sch.  
dedux sit ab Helicone. alios sulcos stilo intermoveas,  
alios ordines pangas. Ego autem quoniam scite nostra  
desideras, in domicilio Latianis facundæ, otio & stu-  
dio torpeo. Dij dabunt incrementa annorum meo  
parvulo. Ipsi me, præfatâ Fortunæ veniâ, ad studiorum  
suorum societatem vocavit. Interea frequentibus epi-  
stolis desidiam meam stimula. Unum quippe hoc dif-  
teratum genus superest post amaros casus orationum  
mearum, quod me ad usum scribendi possit allicerre.  
Vale.

## EPIST. LXX. VETERIS

SYMMACHUS ROMANO.

**N**UNC demum affljo voluptate, quod te cura-  
rum vacuum nunciasti, nam me hactenus rerum  
tuarum amaritudo mordebat. Itaque salutis præsides  
Deos compreco, ne unquam paginas tuas mens tri-  
stis infuseat. Interea talibus litteris precium repen-  
dendum est. Quare vicissim sume, quod de me gaudreas.  
In bono statu valetudinis sumus, & relegere urbi pro-  
pinqua meditamur. Sinat fortunæ benignitas hoc in-  
ter nos manere commercium, ut prosperis scriptis re-  
sponsa coasentiant. Vale.

## EPIST. LXXI.

AD PRÆTURAM MULTOS INVITAT.

**P**RÆFATO divinitatis favore, urbanae Præturæ  
fasces filios meus Symmachus Kalendis Ianuarijs  
sortiebit. Præsentia tua ornari eius officium participa-  
tâ petitione de pescimus. Vale.

## SIMILIS.

**D**IVINITATIS honore præmisso, filius. meus  
Symmachus Kalendis Ianuarijs Præturæ Urbanæ  
accipiet magistratum. Quæso, ut præsentia tua festa  
nostra cohonestet. Vale.

## EPIST. LXXIII.

## SYMMACHUS MARCIANO.

**S**ILENTIUM mihi duci vitio non oportet, familiarium quippe officiorum usus inter adversa negligitur. Sed quia spes datur Symmacho meo integratæ paulatim bonæ valetudinis, credit animus ad amicitiae munia: ut si quem tibi taciturnitas mea metum fecerat, sermonis securitas absolvat. Vale.

## EPIST. LXXIV.

## SYMMACHUS ANCHIO.

**C**ERTUM habeo, nihil te litteris meis antiquius  
æstimare. nam mihi quoque eadem de tui sermo-  
nis jocunditate sententia est. Meritò amicitiae munus  
arripui. Quod si pati lance reddideris, studium  
meum incitamento religionis  
acuetur. Vale.



Q. AV-

Q. AV  
MACHIV  
DIN. PR.  
STO  
LIB  
E  
SYMMAC

**S**

Benedicto oratum vol  
luz fortuna magis  
fator arides, necce  
universos pari ratione  
paratis. Interrell em  
gloriz, ut lucuti omni  
communi et coll  
tiam maximu  
tota &